

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

sed et imitando exempla Augustissimorum Imperatorum, Regum et Principum familiae nostrae, (qui in variis ditionibus ad unius Summi ac Praepotentis DEI gloriam publico bono, magnis, impendiis ac dotibus dictae societati collegia erexerunt) in Passaviensi quoque nostra civitate Anno millesimo sexcentesimo decimo tertio ereximus et fundavimus eidem societati collegium. Ita tamen, ut cum uberiores ex illo in Dioecesim nostram fructum promanare cerneamus (quemadmodum modo magna consolatione nostra omniumque satisfactione per diligentem ejusdem Societatis operam non obscure perspicimus) ejusdem etiam collegii annum censum majoribus incrementis, tum ad plures lectiones insituendas, tum ad fabricam tum collegii quam Templi et scholarum perficiendam augeremus. Ejus rei gratia captis interim humaniorum literarum experimentis, felicique successu mirifice recreati ad Apostolicam sedem, unaq. ad sacr. Caes. Maiestatem literas dedimus, obnixeq. postulantes, ut pro suo erga Rempublicam Christianam juvanda affectu hanc voluntatem quoque nostram de ampliando et stabiliendo dicto collegio, clementissimo suo consensu prosequerentur, atque in eundem tam salutarem Reipublicae Christianae finem Monasterium Traunkirchense in superiori Austria situm, et per annos quadraginta a Sanctimonialibus Sancti Benedicti desertum, postmodum vero per diversos homines seculares non usq. adeo fructuose administratum, nec summi Pontificis, nec nostro tanquam ordinarii consensu in usus Seculares non usq. adeo congruentes conversum dicto collegio Societatis JESV Passaviensi incorporare, hancq. incorporationem autoritate sua firmare, publicisq. diplomatibus ad seculorum perpetuitatem roborare dignarentur, Quatenus nimirum intelligerent universi dictam incorporationem non solum ordinarii, sed etiam summorum Principum